

quam Abel, innovemus. Per eundem Dóminum ...

speakeþ better things than that of Abel. Through the same ...

### Preface of the Holy Cross

Vere dignum et justum est, aéquum et salutáre, nos tibi semper, et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salutem húmáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriebátur, inde vita resúrgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur, per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Ángeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórúmque Virtútes, ac beáta Séraphim, sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súpplíci confessióne dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times and in all places give thanks to Thee, holy Lord, Father almighty, eternal God: Who didst establish the salvation of mankind on the tree of the Cross: that whence death came, thence also life might arise again, and that he who overcame by a tree, by a tree also might be overcome, through Christ our Lord. Through Whom Angels praise Thy Majesty, Dominations worship, Powers stand in awe. The Heavens and the hosts of heaven with blessed Seraphim unite, exult, and celebrate. And we entreat that Thou wouldst bid our voices too be heard with theirs, crying out with lowly praise:

### Communion ☐ Hebrews 9. 28

Christus semel oblatus est ad multorum exhauriéndam peccata: secundo sine peccato apparebit exspectantibus se in salutem.

Christ was offered once to exhaust the sins of many; the second time He shall appear without sin to them that expect Him, unto salvation.

### Postcommunion

Ad sacram, Domine, mensam admissi, háusimus aquas in gaudio de fontibus Salvatoris: Sanguis ejus fiat nobis, quaesumus, fons aquae in vitam aeternam salientis: Qui tecum vivit ...

We who have been suffered to approach Thy holy table, O Lord, have drawn waters with joy from the fountains of the Savior: may His Blood, we beseech Thee, be for us a fountain of water springing up into everlasting life: Who liveth ...

## Saint Rose Latin Mass Propers

### *Feast of the Most Precious Blood of Our Lord Jesus Christ*

#### Introit ☐ Apocalypse 5. 9-10

Redemísti nos, Domine, in Sanguine tuo, ex omni tribu, et lingua, et populo, et natione: et fecisti nos Deo nostro regnum. *Psalm.* Misericordias Dómini in aetérnum cantabo: in generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Glória Patri ... – Redemísti nos ...

Thou hast redeemed us, O Lord, in Thy blood, out of every tribe and tongue, and people, and nation, and hast made us to our God a kingdom. (*Psalm 88. 2*) The mercies of the Lord I will sing forever: I will show forth Thy truth with my mouth to generation and generation. Glory be to the Father ... – Thou hast redeemed us ...

#### Collect

Omnípotens sempitérne Deus, qui unigenitum Fílium tuum mundi Redemptorem constituisti, ac ejus Sanguine placári voluisti: concede, quaesumus, salutis nostrae pretium [solemni cultu] ita venerari, atque a praeséntis vitae malis ejus virtute deféndi in terris; ut fructu perpetuo laetémur in caelis. Per eundem Dóminum ...

Almighty and everlasting God, Who didst appoint Thine only-begotten Son to be the Redeemer of the world, and didst vouchsafe to be appeased by His Blood; grant, we beseech Thee, that by our solemn service, we may so venerate the price of our redemption, and by its power, be so defended from the evils of this present life on earth, that we may enjoy its fruit for evermore in heaven. Through the same ...

#### Epistle ☐ Hebrews 9. 11-15

Fratres: Christus assistens pontifex futurorum bonorum, per amplius et perfectius tabernaculum non manufactum, id est, non huius creationis; neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium

Brethren: Christ being come a high priest of the good things to come, by a greater and more perfect tabernacle, not made with hands, that is, not of this creation: neither by the blood of goats or of calves, but by His own blood,

sanguinem introivit semel in Sancta, aeterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum et taurorum, et cinis vitulae aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad serviendum Deo viventi? Et ideo novi testamenti mediator est: ut, morte intercedente, in redemptionem earum praevaricationum, quae erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt aeternae hereditatis: in Christo Jesu Domino nostro.

Gradual ☐ 1 John 5. 6, 7-8, 9

Hic est qui venit per aquam et sanguinem, Jesus Christus: non in aqua solum, sed in aqua et sanguine. Tres sunt, qui testimonium dant in caelo: Pater, Verbum, et Spiritus Sanctus: et hi tres unum sunt. Et tres sunt, qui testimonium dant in terra: Spiritus, aqua, et sanguis: et hi tres unum sunt.

Allelúia, allelúia. Si testimónium hominum accipimus, testimónium Dei majus est. Allelúia.

entered once into the Holies, having obtained eternal redemption. For if the blood of goats and of oxen and the ashes of a heifer, being sprinkled, sanctify such as are defiled, to the cleansing of the flesh: how much more shall the blood of Christ, who by the Holy Ghost offered Himself unspotted unto God, cleanse our conscience from dead works, to serve the living God? And therefore He is the Mediator of the new testament: that by means of His death, for the redemption of those transgressions which were under the former testament, they that are called may receive the promise of eternal inheritance, in Christ Jesus our Lord.

This is He that came by water and blood, Jesus Christ: not by water only, but by water and blood. There are three Who give testimony in heaven: the Father, the Word, and the Holy Ghost; and these three are one. And there are three that give testimony on earth: the Spirit, the water, and the blood; and these three are one.

Alleluia, alleluia. If we receive the testimony of men, the testimony of God is greater. Alleluia.

Gospel ☐ John 19. 30-35

In illo tēpore: Cum accepisset Jesus acetum, dixit: Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Judaei ergo (quoniam Parasceve erat), ut non remanerent in cruce corpora sabbato (erat enim magnus dies ille sabbati), rogaverunt Pilatum, ut frangerentur eorum crura, et tollerentur. Venerunt ergo milites: et primi quidem fregerunt crura, et alterius, qui crucifixus est cum eo. Ad Jesum autem cum venissent, ut viderent eum jam mortuum, non fregerunt ejus crura, sed unus militum lancea latus ejus aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: et verum est testimonium ejus.

Offertory ☐ 1 Corinthians 10. 16

Calix benedictionis, cui benedicimus, nonne communicatio Sanguinis Christi est? et panis, quem frangimus, nonne participatio Corporis Dómini est?

Per haec divina mysteria, ad novi, quaesumus, testamenti mediatorem Jesum accedamus: et super altaria tua, Domine virtutum, aspersionem Sanguinis mélius loquentem,

At that time, Jesus, when He had taken the vinegar, said: "It is consummated." And bowing His head, He gave up the ghost. Then the Jews (because it was the Parasceve), that the bodies might not remain upon the cross on the sabbath-day (for that was a great sabbath-day), besought Pilate that their legs might be broken, and that they might be taken away. The soldiers, therefore, came: and they broke the legs of the first and of the other that was crucified with Him. But after they were come to Jesus, when they saw that He was already dead, they did not break His legs. But one of the soldiers with a spear opened His side, and immediately there came out blood and water. And he that saw it hath given testimony, and his testimony is true.

The chalice of benediction which we bless, is it not the communion of the Blood of Christ? And the bread which we break, is it not the partaking of the Body of the Lord?

Secret

May we draw nigh unto Jesus, the Mediator of the new Testament, we beseech Thee, through these Divine Mysteries; and renew upon Thine altars, O Lord of hosts, the sprinkling of that Blood which